

## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum I: singulāris et plūrālis

A	B	C
Nilus fluvius magnus est	Corsica īnsula magna est	Brundisium oppidum magnum est
Nīlus et Rhēnus fluviī magnī sunt	Corsica et Sardinia īnsulae magnae sunt	Brundisium et Sparta oppida magna sunt
'fluvius' singulāris est	'īnsula' singulāris est	'oppidum' singulāris est
'fluviī' plūrālis est	'īnsulae' plūrālis est	'oppida' plūrālis est
singulāris: -us / plūrālis: -ī	singulāris: -a / plūrālis: -ae	singulāris: -um / plūrālis: -a
Exemplum:  numerus, numerī  I parvus numerus est. I et II parvī numerī sunt	Exempla:  littera, litterae; prōvincia, prōvinciae  A littera Latīna est. A et B litterae Latīnae sunt  Gallia est prōvincia Rōmāna  Gallia et Hispānia prōvinciae Rōmānae sunt	Exempla:  vocābulum, vocābula, exemplum, exempla  'Littera' est vocābulum Latīnum, nōn Graecum  'Littera' et 'nummerus' nōn vocābula Graeca, sed Latīna sunt

## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum II: masculīnum, fēminīnum et neutrum

A	B	C
'Servus' est vocābulum masculīnum	'Ancilla' est vocābulum fēminīnum	'Oppidum' est vocābulum neutrum
Exempla: vocābula masculīna  filius, dominus, puer, vir, fluvius, ōceanus, numerus, liber, titulus	Exempla: vocābula fēminīna  fēmina, puella, fīlia, domina, īnsula, prōvincia, littera, familia, pāgina	Exempla: vocābula neutra  oppidum, imperium, vocābulum, capitulum, exemplum, pēnsum
Masculīnum: -us (-r)	Fēminīnum: -a	Neutrum: -um

### Capitulum II: genetīvus

Masculīnum	Fēminīnum	Neutrum
Iūlius dominus servī (Dāvī) est	Aemilia domina ancillae (Syrae) est	D est prīma littera vocābulī 'dominus'
Iūlius dominus servōrum (Dāvī et Mēdī) est	Aemilia domina ancillārum (Syrae et Dēliae) est	Numerus vocābulōrum magnus est
'Servī' genetīvus est  'Servōrum' quoque genetīvus est	'Ancillae' genetīvus est  'Ancillārum' quoque genetīvus est	'Vocābulī' genetīvus est  'Vocābulōrum' quoque genetīvus est
'Servī' genetīvus singulāris est  'Servōrum' est genetīvus plūrālis	'Ancillae' genetīvus singulāris est  'Ancillārum' est genetīvus plūrālis	'Vocābulī' genetīvus singulāris est  'Vocābulōrum' est genetīvus plūrālis
Genetīvus singulāris: -ī  Genetīvus plūrālis: -ōrum	Genetīvus singulāris: -ae  Genetīvus plūrālis: -ārum	Genetīvus singulāris: -ī  Genetīvus plūrālis: -ōrum

## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum III: nōminātīvus (nōm.) et accūsātīvus (acc.)

A - Masculīnum	B - Fēminīnum
'Mārcus' nōminātīvus est	
'Mārcum' accūsātīvus est	
'Quīntus' nōminātīvus est, 'Quīntum' accūsātīvus	'Iūlia, Aemilia' nōminātīvus est  'Iūliam, Aemiliam' accūsātīvus est nōminātīvus: -a / accūsātīvus: -am
nōminātīvus: -us (-r) / accūsātīvus: -um	
Exempla:  Mārcus rīdet. Quīntus Mārcum pulsat. Mārcus Quīntum pulsat. Quīntus plōrat.  Iūlius, Iūlium; fīlius, fīlium; puer, puerum; eum	Exempla:  Iūlia cantat. Mārcus Iūliam pulsat. Iūlia Aemiliam vocat. Aemilia venit  puella, puellam; parva, parvam; eam

### Capitulum III: verbum

Iūlia cantat. Mārcus rīdet. Iūlius dormit

'cantat' verbum est. 'cantat, rīdet, dormit tria verba sunt

Exempla:

cantat, pulsat, plōrat, vocat, interrogat, verberat (-at)

rīdet, videt, respondet (-et)

dormit, venit, audit (-it)

nōminātīvus	accūsātīvus	verbum
Mārcus	Iūliam	pulsat
Quīntus	Mārcum	videt
Iūlia	Aemiliam	vocat
Aemilia	Quīntum	interrogat:
"Quis	mē	vocat?"
Quīntus		respondet:
"Iūlia	tē	vocat
Mārcus	eam	pulsat"
Aemilia	puerum	verberat
Mārcus		plōrat
Iūlius	eum	audit
Iūlius		venit
"Puer probus	parvam puellam	nōn pulsat!"
Iūlius irātus	puerum improbum	verberat

## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum IV

vōcātīvus (voc.)	imperātīvus et indicātīvus
Mēdus Dāvum vocat: 'Dāve!'	Dominus: "Vocā Dāvum!" Servus Dāvum vocat
'Dāve' vocātīvus est	Dominus: ""Tacē et audī!" Servus tacet et audit
Vocātīvus: -e (nōminātīvus: -us)	Dominus: "Discēde, serve" Servus discēdit Dominus imperat. Servus paret 'Vocā' imperātīvus est; 'vocat' indicātīvus est. 'Tacē, audī, discēde' est imperātīvus. 'Tacet, audit, discēdit' indicātīvus est.
	Imperātīvus: -ā, -ē, -e, -ī Indicātīvus: -at, -et, -it, -it
Exempla: Mēde, domine, serve, improbe	Exempla: [1] salūtā -- salūtat; [2] respondē -- respondet; [3] sūme -- sūmit; [4] venī -- venit
Servus: "Salvē, domine!"	Mēdus: " Salūtā dominum!" Dāvus dominum salūtat
Iūlius Mēdum vocat: "Mēde! Venī, improbe serve!"	Iūlius: "Respondē, serve!" Servus respondet Iūlius imperat: "Sūme sacculum tuum et discēde!" Dāvus sacculum suum sūmit et discēdit Iūlius: "Mēde! Venī!" Mēdus nōn venit Iūlius imperat. Dāvus pāret; Mēdus nōn pāret

## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum V: Accūsātīvus

[A] Masculīnum	[B] Fēminīnum	[C] Neutrūm
Iūlius nōn ūnum fīlium, sed duōs filiōs habet  'Fīlium' est accūsātīvus <u>singulāris.</u>	Iūlius nōn duās fīliās, sed ūnam fīliam habet  'Fīliam' est accūsātīvus <u>singulāris.</u>	Villa nōn ūnum cubiculum, sed multa cubicula habet  'Cubiculum' est accūsātīvus singulāris.
'Fīliōs' accūsātīvus plūrālis est	'Fīliās' accūsātīvus plūrālis est	'Cubicula' accūsātīvus plūrālis est
singulāris -um (nōminatīvus -us)	singulāris -am (nōminatīvus -a)	singulāris -um (= nōminatīvus)
plūrālis -ōs (nōminatīvus - ī)	plūrālis -ās (nōminatīvus - ae)	plūrālis -a (= nōminatīvus)

## Capitulum V: Ablātīvus

[A] Masculīnum	[B] Fēminīnum	[C] Neutrūm
In hortō Iūliī. In hortīs Italiae  'hortō' est ablātīvus singulāris.  'hortīs' ablātīvus plūrālis est	In villā Iūliī. In villīs Rōmānīs  'villā' est ablātīvus singulāris.  'villīs' ablātīvus plūrālis est	In oppidō Tūsculō. In oppidīs Graecīs  'oppidō' est ablātīvus singulāris.  'oppidīs' ablātīvus plūrālis est
singulāris -ō  plūrālis -īs	singulāris -ā  plūrālis -īs	singulāris -ō  plūrālis -īs

'in, ex, ab, cum, sine' cum ablātīvō:

in ātriō, in cubiculīs, ex hortō, ex Italiā, ab Aemiliā, ab oppidō, cum servō, cum līberīs, sine pecūniā, sine rosīs

## Capitulum V: imperātīvus et indicātīvus

"Dāvum vocā, serve!" Servus Dāvum vocat

"Iūliam vocāte, puerī" Puerī Iūliam vocant

'vocā' est imperātīvus singulāris, 'vocat' indicātīvus singulāris

'vocāte' imperātīvus plūrālis est , 'vocant' indicātīvus plūrālis

[1] -ā, -āte; -at, -ant	Salūtā dominum, serve! / Salūtāte dominum, servī!	Servus salūtat dominum / Servī salūtant dominum
[2] -ē, -ēte; -et, -ent	Tacē, puer / Tacēte, puerī!	Puer tacet / Puerī tacent
[3] -e, -ite; -it, -unt	Discēde, serve! / Discēdite, servī!	Servus discēdit / Servī discēdunt
[4] -ī, -īte; -it, -unt	Venī, Iūlia! / Venīte, puerī!	Iūlia venit / Puerī veniunt
	Imperātīvus singulāris: -	Indicātīvus singulāris: -t
	Imperātīvus plūrālis: -te	Indicātīvus plūrālis: -nt

## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum VI: praepositiōnēs

Iūlius ad vīllam it; ad oppidum; ad ancillās  
 Ursus ante Iūlīum est; ante eum; ante vīllam  
 Dāvus post Iūlīum est; post eum; post vīllam  
 Via inter Rōmām et Capuām; inter servōs  
 Ostia est prope Rōmām; prope vīllam; prope eam  
 Circum oppidum mūrus est; circum mēnsam  
 Mēdus est apud amīcam suam, nōn apud dominum  
 Mēdus per portam Capēnam Rōmām intrat; per ōstium

Quō it Mēdus? Mēdus Rōmām it. Quō it Cornēlius?  
 Is Tūsculum it

Unde venit Cornēlius? Cornēlius Rōmā venit. Unde  
 venit Mēdus? Is Tūsculō venit

Ubi habitat Lydia? Lydia Rōmae habitat. Ubi habitat  
 Cornēlius? Is Tūsculī habitat

ab, ad, ex...  
 sunt praepositiōnēs.  
 - Praepositiōnēs cum accūsātīvō (ad, ante, post, inter, prope, circum, apud, per...).  
 - Praepositiōnēs cum ablātīvō (ab/ā, cum, ex, in, sine...).

ūna praepositiō (prp.)

duae praepositiōnēs

ad	
ante	-um
post	-am
inter	-ōs
prope	-ās
circum	mē
apud	tē
per	

Quō? Rōmām / Tūsculum

Unde? Rōmā / Tūsculō


Ubi ? Rōmae / Tūsculī

Accūsātīvus : Rōmām, Tūsculum, Capuām, Brundisium,  
 Ostiam = ad oppidum (-am/-um)

Ablātīvus : Rōmā, Tūsculō, Capuā, Brundisiō, Ostiā = ab  
 oppidō (-ā /-ō)

Locātīvus (=genetīvus) : Rōmae, Tūsculī, Capuae, Brundisiī,  
 Ostiae = in oppidō (-ā /-ō)

**oppidum**



## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum VI: verbum actīvum et passīvum

Servus saccum portat = Saccus portātur ā servō

'Portat, portant' verbum est

Servī saccōs portant = Saccī portantur ā servīs

'Portātur, portantur' verbum passīvum est

actīvum: -t , -nt / passīvum: -tur, -ntur

[1] -ātur, -antur: Aemilia Iūlium amat et ab eō amātur. Pater et māter līberōs amant et ab iīs amantur. Lydia verbīs Mēdī dēlectātur

[2] -ētur, -entur: Iūlia puerōs nōn videt neque ab iīs vidētur. Puerī Iūliam nōn vident neque ab eā videntur

[3] -itur, -untur: Dāvus saccum in mēnsā pōnit = sacculus in mēnsā pōnitur ā Dāvō. Puerī rosās in aquā pōnunt = rosae ā puerīs in aquā pōnuntur. Cornēlius equō vehitur

[4] -ītur, iuntur: Iūlia puerōs audit neque ab iīs audītur = puerī ā Iūliā audiuntur neque eam audiunt

## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum VII: Datīvus

[A] Masculīnum	[B] Fēminīnum	[C] Neutrūm
Iūlius servō (Syrō) mālum dat  Iūlius servīs (Syrō et Lēandrō) māla dat	Iūlius ancillae (Syrae) mālum dat  Iūlius ancillīs (Syrae et Dēliae) māla dat	Fluvius oppid aquam dat  Fluvīī oppidīs aquam dant
'servō' datīvus singulāris est  'servīs' est datīvus plūrālis	'ancillae' datīvus singulāris est  'ancillīs' est datīvus plūrālis	'oppidō' datīvus singulāris est  'oppidīs' est datīvus plūrālis
singulāris -ō  plūrālis -īs	singulāris -ae  plūrālis -īs	singulāris -ō  plūrālis -īs

## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum VIII: Prōnōmina 'quis', 'quī', 'is', 'ille'

[A] Masculīnum	[B] Fēminīnum	[C] Neutrūm
Quis saccum portat? Servus saccum portat.	Ancilla abest. Quae ancilla?	Quid est ānulus? ānulus est ūrnāmentum.
Quī servus? Servus quī saccum portat est Syrus.	Ancilla quae abest est Syra.	Quod ūrnāmentum? ānulus est ūrnāmentum quod digitum ūnat.
Is / ille servus saccum portat.	Ea / illa ancilla abest.	Id / illud pulchrum est.
Iūlius servum vocat.  Quem servum? Servus quem Iūlius vocat est Syrus. Iūlius eum / illum servum vocat.	Iūlius ancillam vocat. Quam ancillam?  Ancilla quam Iūlius vocat est Syra. Iūlius eam / illam ancillam vocat.	Quid Lydia in collō habet? ūrnāmentum habet.  Quod ūrnāmentum? ūrnāmentum quod Lydia in collō habet est līnea margarītārum. Lydia id / illud ūrnāmentum amat.
Iūlius dominus servī est. Cuius servī?	Iūlius dominus ancillae est. Cuius ancillae?	Pretium ūrnāmentī est HS (=sēstertiī) C. Cuius ūrnāmentī?  ūrnāmentum cuius pretium est HS C est ānulus. Pretium eius / illī ūrnāmentī est HS C.
Iūlius servō mālum dat. Cui servō?	Iūlius ancillae mālum dat. Cui ancillae?	Fluvius oppidō aquam dat. Cui oppidō?
Servus cui Iūlius mālum dat est Syrus. Iūlius eī / illī servō mālum dat	Ancilla cui Iūlius mālum dat est Syra. Iūlius eī / illī ancillae mālum dat.	Oppidum cui fluvius aquam dat est Capua. Fluvius eī / illī oppidō aquam dat.
Saccus a servō portātur; ā quō servō?  Servus ā quō saccus portātur est Syrus. Saccus ab eō / illō servō portātur	Iūlius ab ancillā salūtātur; ā quā ancillā?  Ancilla ā quā Iūlius salūtātur est Syra. Iūlius ab eā / illā ancillā salūtātur.	Cornēlius in parvō oppidō habitat. In quō oppidō?  Oppidum in quō Cornēlius habitat est Tūsculum. In eō / illō oppidō habitat Cornēlius.
Servī saccōs portant. Quī servī?  Servī quī saccōs portant sunt Syrus et Lēander. Iī / illī servī saccōs portant.	Ancillae absunt. Quae ancillae?  Ancillae quae absunt sunt Syra et Dēlia. Eae / illae ancillae absunt.	Quae oppida prope Rōmam sunt?  ōstia et Tūsculum sunt oppida quae prope Rōmam sunt. Ea / illa oppida prope Rōmam sunt
Iūlius servōs vocat. Quōs	Iūlius ancillās vocat.	Albinus ūrnāmenta vēndit. Quae

servōs?	Quās ancillās?	ōrnāmenta?
Servī quōs Iūlius vocat	Ancillae quās Iūlius	ōrnāmenta quae Albīnus vēndit
sunr Syrus et Lēander.	vocat sunt Syra et Dēlia.	sunt ānulī. Ea / illās ancillās
Iūlius eōs / illōs servōs	vocat.	vēndit Albīnus.
Iūlius dominus servōrum est. Quōrum servōrum?  Servī quōrum dominus est Iūlius sunt Syrus et Lēander. Iūlius dominus eōrum / illōrum servōrum est	Iūlius dominus ancillārum est. Quārum ancillārum?  Ancillae quārum dominus est Iūlius sunt Syra et Dēlia. Iūlius dominus eārum / illārum ancillārum est.	Pretium ūrnāmentōrum est HS C. Quōrum ūrnāmentōrum?  ōrnāmenta quōrum pretium est HS C ānulī sunt. Pretium eōrum / illōrum ūrnāmentōrum est HS C.
Iūlius servīs māla dat. Quibus servīs?  Servī quibus Iūlius māla dat sunt Syrus et Lēander. Iūlius iīs / illīs servīs māla dat	Iūlius ancillīs māla dat. Quibus ancillīs?  Ancillae quibus Iūlius māla dat sunr Syra et Dēlia. Iūlius iīs / illīs ancillīs māla dat.	Fluvī oppidīs aquam dat. Quibus oppidīs?  Oppida quibus fluvī aquam dant sunr Capua et Brundisium. Fluvī iīs / illīs oppidīs aquam dant
Saccī a servīs portantur; ā quibus servīs?  Servī ā quibus saccī portantur sunt Syrus et Lēander. Saccus ab iīs / illīs servīs saccī portantur	Iūlius ab ancillīs salūtātur; ā quibus ancillīs?  Ancillae ā quibus Iūlius salūtātur sunt Syra et Dēlia. Iūlius ab iīs / illīs ancillīs salūtātur.	Fēminaē ūrnāmentīs dēlectantur. Quibus ūrnāmentīs?  ōrnāmenta quibus fēminaē dēlectantur sunt margarītae et gemmae. Iīs / illīs ūrnāmentīs dēlectantur fēminaē

## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum VIII: Prōnōmen 'hic'

	[A] Masculīnum	[B] Fēminīnum	[C] Neutrūm
Sing. Nōm.	hic mūrus	haec via	hoc verbum
Acc.	hunc mūrum	hanc viam	hoc verbum
Gen.	huius mūrī	huius viae	huius verbī
Dat.	huic mūrō	huic viae	huic verbō
Abl.	hōc mūrō	hāc viā	hōc verbō
<hr/>			
Plūr. Nōm	hī mūrī	hae viae	haec verba
Acc.	hōs mūrōs	hās viās	haec verba
Gen.	hōrum mūrōrum	hārum viārum	hōrum verbōrum
Dat.	hīs mūrīs	hīs viīs	hīs verbīs
Abl.	hīs mūrīs	hīs viīs	hīs verbīs

## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum IX: Dēclīnātiō vocābulōrum

**dēclīnātiō, onis f (dēcl) < dēclīnat**

#### [I] Dēclīnātiō prīma

sing.	plūr.
-a	-ae
-am	-ās
-ae	-ārum
-ae	-īs
-ā	-īs

#### [II] Dēclīnātiō secunda

sing.	plūr.
-us / -um	-ī / -a
-um	-ōs / -a
-ī	-ōrum
-ō	-īs
-ō	-īis

#### [III] Dēclīnātiō tertia

sing.	plūr.
Ó / -is	-ēs
-em	-ēs
-is	-um / -ium
-ī	-ibus
-e	-ibus

## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum IX: Dēclīnātiō prīma [I]

Vocābulum 'īnsula' dēclīnat hōc modō :

	Singulāris	Plūrālis
Nōminātīvus	īnsul-a	īnsul-ae
Accūsātīvus	īnsul-am	īnsul-ās
Genetīvus	īnsul-ae	īnsul-ārum
Datīvus	īnsul-ae	īnsul-īs
Ablātīvus	īnsul-ā	īnsul-īs

Hōc modō dēclīnantur multa vocābula fēminīna.

Exempla:

fēmina, puella, fīlia, domina, ancilla, familia, littera, pecūnia, mēnsa, vīlla, aqua, via,  
silva, terra, cēt.

## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum IX: Dēclīnātiō secunda [II]

	[A]		[B]	
	Singulāris	Plūrālis	Singulāris	Plūrālis
Nōminātīvus	serv-us	serv-ī	verb-um	verb-a
Accūsātīvus	serv-um	serv-ōs	verb-um	verb-a
Genetīvus	serv-ī	serv-ōrum	verb-ī	verb-ōrum
Datīvus	serv-ō	serv-īs	verb-ō	verb-īs
Ablātīvus	serv-ō	serv-īs	verb-ō	verb-īs

[A] Ut 'servus' dēclīnantur vocābula masculīna:

fīlius, dominus, fluvius, numerus, nummus, hortus, nāsus, mūrus, equus, saccus,  
umerus, amīcus, oculus, campus, rīvus, lupus, cēt.; puer, vir, liber (nōm.sing. sine -us)

[B] Ut 'verbum' dēclīnantur vocābula neutra:

oppidum, exemplum, baculum, ōstium, cubiculum, speculum, mālum, ūrnāmentum,  
collum, pretium, caelum, vestīgium, cēt.

## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum IX: Dēclīnātiō tertia [III]

	[A]	[B]		
	Singulāris	Plūrālis	Singulāris	Plūrālis
Nōminātīvus	pāstor	pāstōr-ēs	ov-is	ov-ēs
Accūsātīvus	pāstōr-em	pāstōr-ēs	ov-em	ov-ēs
Genetīvus	pāstōr-is	pāstōr-um	ov-is	ov-iūm
Datīvus	pāstōr-ī	pāstōr-ibus	ov-ī	ov-ibus
Ablātīvus	pāstōr-e	pāstōr-ibus	ov-e	ov-ibus

[A] Ut 'pāstor' dēclīnāntur haec vocābula:

sōl sōlis, timor -ōris, clāmor -ōris (masc)

arbor -oris (fēm);

cēt.

[B] Ut 'ovis' dēclīnāntur haec vocābula:

pānis, collis, vallis, canis (gen.plūr. canum);

nūbēs -is (nōm sing. -ēs);

mōns montis, dēns dentis (nōm sing. -s < -ts);

et alia multa.

Fēminīna sunt: ovis, vallis, nūbēs.

Masculīna sunt: pānis, collis, mōns, dēns

## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum X: īfīnītīvus

[A] āctīvum	[B] passīvum
Iūlius Mārcum nōn vidēre, sed audīre potest.  Pater filium vocāre audit, et accurrere videt.	Mārcus ā Iūliō nōn vidērī, sed audīrī potest.  Mārcus Quīntum ā Iūliō portārī et in lectō pōnī videt.
vocā-re, vidē-re, accurre-re, audī-re  īfīnītīvus est  īfīnītīvus: -re	portā-rī, vidē-rī, pōn-rī, audī-rī  īfīnītīvus passīvus est  īfīnītīvus: -rī / ī
[1] -āre: cantāre, pulsāre, plōrāre, interrogāre, verberāre, numerāre, salūtāre, imperāre, habitāre, amāre, dēlectāre, portāre, ambulāre, exspectāre, intrāre, ūrnāre, clāmāre, mōnstrāre, errāre, volāre, natāre, spīrāre, dare, cēt.	[1] -ārī: portārī, numerārī, vocārī
[2] -ēre: rīdēre, vidēre, respondēre, habēre, tacēre, pārēre, timēre, tenēre, iacēre, movēre, cēt.	[2] -ērī: vidērī, tenērī
[3] -ere: pōnere, sūmere, discēdere, carpere, agere, vehere, claudere, vertere, currere, vēndere, emere, cōsistere, ostendere, bibere, petere, dūcere, relinquere, quaerere, vīvere, lūdere, canere, ascendere, cadere, capere, facere, aspicere, accipere, parere, cēt.	[3]-ī: pōnī, emī, edī, claudī
[4] -īre: venīre, audīre, dormīre, aperīre, reperīre, īre (ad-īre, ab- īre, ex-īre), cēt.	[4] -īrī: audīrī, reperīrī, aperīrī
Mēdus servus esse nōn vult. Nēmō gemmās ēsse potest  'esse' quoque et 'ēsse' īfīnītīvus est	Piscēs numerārī nōn possunt.  Syra rosam ā Iūliā tenērī videt.  Gemmae edī nōn possunt.  Magnum ūstium ā parvā puellā neque aperīrī neque claudī potest

## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum X: Dēclīnātiō tertia

'avis' (f) et 'piscis' (m) dēclīnāntur ut 'ovis'. Ut 'pāstor' dēclīnātur 'mercātor' (m)

'leō' (m) et 'homō' (m) dēclīnāntur hōc modō:

	[A] leō (< leōn)		[B] homō	
	Singulāris	Plūrālis	Singulāris	Plūrālis
Nōminātīvus	leō	leōn-ēs	homō	homin-ēs
Accūsātīvus	leōn-em	leōn-ēs	homin-em	homin-ēs
Genetīvus	leōn-is	leōn-um	homin-is	homin-um
Datīvus	leōn-ī	leōn-ibus	homin-ī	homin-ibus
Ablātīvus	leōn-e	leōn-ibus	homin-e	homin-ibus

'vōx' (f) et 'pēs' (m) dēclīnāntur hōc modō:

	[A] vōx (< vōcs)		[B] pēs (< peds)	
	Singulāris	Plūrālis	Singulāris	Plūrālis
Nōminātīvus	vōx	vōc-ēs	pēs	ped-ēs
Accūsātīvus	vōc-em	vōc-ēs	ped-em	ped-ēs
Genetīvus	vōc-is	vōc-um	ped-is	ped-um
Datīvus	vōc-ī	vōc-ibus	ped-ī	ped-ibus
Ablātīvus	vōc-e	vōc-ibus	ped-e	ped-ibus

'flūmen', 'mare, 'animal' (n): vidē [cap.XI](#)

## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum XI: Dēclīnātiō tertia

[A/B] Masculīnum et fēminīnum

Vocābula masculīna: pāstor, mercātor, clāmor, timor, color, sōl, āer, venter, leō, pulmoō, homō, pēs, sanguis; pānis, collis, piscis, mōns, dēns, cēt.

Vocābula fēminīna: ovis, vallis, avis, auris, nūbēs, frōns; arbor, vōx, praepositiō, dēclīnātiō, cēt.

[C] Neutrūm

Vocābula neutra: flūmen, ōs, crūs, corpus, pectus, iecur, caput, cor; viscera (pl.); mare, animal, cēt.

Plūrālis: -a Accūsātīvus = Nōminātīvus

'corpus' et 'flūmen' dēclīnāntur hōc modō:

	corpus		flūmen	
	Singulāris	Plūrālis	Singulāris	Plūrālis
Nōminātīvus	corpus	corpor-a	flūmen	flūmin-a
Accūsātīvus	corpus	corpor-a	flūmen	flūmin-a
Genetīvus	corpor-is	corpor-um	flūmin-is	flūmin-um
Datīvus	corpor-ī	corpor-ibus	flūmin-ī	flūmin-ibus
Ablātīvus	corpor-e	corpor-ibus	flūmin-e	flūmin-ibus

Ut 'corpus' dēclīnāntur: pectus -oris, ōs ūris, crūs crūris, iecur iecoris, cor cordis, caput capitī; plūrālis: viscera -um

'mare' et 'animal' dēclīnāntur hōc modō:

	mare		animal	
	Singulāris	Plūrālis	Singulāris	Plūrālis
Nōminātīvus	mar-e	mar-ia	animal	animāl-ia
Accūsātīvus	mar-e	mar-ia	animal	animāl-ia
Genetīvus	mar-is	mar-ium	animāl-is	animāl-ium
Datīvus	mar-ī	mar-ibus	animāl-ī	animāl-ibus
Ablātīvus	mar-ī	mar-ibus	animāl-e	animāl-ibus

## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum XI: accūsātīvus cum īfinītīvō

Iūlia dormit. Syra Iūliam dormīre videt.

Syra: "Iūlia dormit". Syra 'Iūliam dormīre' dīcit.

'Iūliam dormīre' est accūsātīvus cum īfinītīvō.

Accūsātīvus cum īfinītīvō pōnitur apud multa verba:

[1] vidēre, audīre, sentīre: .	Puer medicum adesse videt. Puerī Iūliam canere audiunt. Medicus puerum spīrāre sentit
[2] iubēre:	Dominus servum discēdere iubet
[3] dīcere:	Quīntus 'pedem dolēre' dīcit
[4] putāre:	Syra Quīntum mortuum esse putat
[5] gaudēre:	Aemilia fīlium vīvere gaudet
[6] necesse esse:	Puerum dormīre necesse est

## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum XII: Dēclīnātiō quārta

'exercitus' (m) dēclīnātur hōc modō:

	Singulāris	Plūrālis
Nōminātīvus	exercit-us	exercit-ūs
Accūsātīvus	exercit-um	exercit-ūs
Genetīvus	exercit-ūs	exercit-uum
Datīvus	exercit-uī	exercit-ibus
Ablātīvus	exercit-ū	exercit-ibus

Ut 'exercitus' dēclīnantur masculīna: arcus, passus, equitātus, impetus, metus, versus, cēt.; fēminīnum: manus

## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum XII: Adiectīvum

[I/II] Dēclīnātiō p̄ima et secunda

Mōns altus - Arbor alta - Vāllum altum

'altus, -a, -um' est adiectīvum p̄imae et secundae dēclīnātiōnis

Masculīnum 'altus' dēclīnātur ut 'servus'

fēminīnum 'alta' ut 'fēmina'

neutrum 'altum' ut 'oppidum'

	Singulāris			Plūrālis		
	Masc.	Fēm.	Neutr.	Masc.	Fēm.	Neutr.
Nōminātīvus	alt-us	alt-a	alt-um	alt-ī	alt-ae	alt-a
Accūsātīvus	alt-um	alt-am	alt-um	alt-ōs	alt-ās	alt-a
Genetīvus	alt-ī	alt-ae	alt-ī	alt-ōrum	alt-ārum	alt-ōrum
Datīvus	alt-ō	alt-ae	alt-ō	alt-īs	alt-īs	alt-īs
Ablātīvus	alt-ō	alt-ā	alt-ō	alt-īs	alt-īs	alt-īs

Hōc modō dēclīnāntur haec adiectīva: albus, bonus, fessus, foedus, īrātus, laetus, lātus, longus, magnus, malus, meus, novus, plēnus, p̄imus, sānus, tuus, cēt.; (-er, -ra, -rum:) pulcher, aeger, niger, ruber, noster, vester, cēt.

[III] Dēclīnātiō tertia

Gladius brevis - Via brevis - Pīlum breve

'brevis, -e' est adiectīvum tertiae dēclīnātiōnis

Masculīnum et fēminīnum 'brevis' dēclīnātur ut 'ovis' (sed abl.sing. -ī)

neutrum 'breve' ut 'mare'

	Singulāris		Plūrālis	
	Masc. / Fēm.	Neutr.	Masc. / Fēm.	Neutr.
Nōminātīvus	brev-is	brev-e	brev-ēs	brev-ia
Accūsātīvus	brev-em	brev-e	brev-ēs	brev-ia
Genetīvus	brev-is	brev-is	brev-iūm	brev-iūm
Datīvus	brev-ī	brev-ī	brev-ībus	brev-ībus
Ablātīvus	brev-ī	brev-ī	brev-ībus	brev-ībus

Hōc modō dēclīnāntur haec adiectīva: brevis, fortis, gravis, levis, tenuis, trīstis, cēt.

Exempla:

Pedes fortis Rōmānus gladium brevem et levem, scūtum magnum et grave fert; eques hastam fert lomgam et gravem. Peditī fortī Rōmānō est gladius brevis et levis, scūtum magnum et grave; equitī hasta longa et gravis est. Pedes gladiō brevī et levī, scūtō magnō et gravī armatus est; eques hastā longā et gravī pugnant.

Peditēs fortēs Rōmānī gladiōs brevēs et levēs, scūta magna et gravia ferunt; equitēs hastās ferunt longās et gravēs. Peditibus fortibus Rōmānīs sunt gladiī brevēs et levēs, scūta magna et gravia; equitibus hastae longae et gravēs sunt. Peditēs gladiīs brevibus et levibus, scūtīs magnīs et gravībus armātī sunt; equitēs hastīs longīs et gravībus pugnant.

## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum XII: comparatīvus

Hic mūrus altior est quam ille

Hoc vāllum altius est quam illud

'altior, -ius' comparatīvus est. Comparatīvus est adiectīvum dēclīnatiōnis tertiae:

	Singulāris		Plūrālis	
	Masc. / Fēm.	Neutr.	Masc. / Fēm.	Neutr.
Nōminatīvus	altior	altius	altiōr-ēs	altiōr-a
Accūsātīvus	altiōr-em	altius	altiōr-ēs	altiōr-a
Genetīvus	altiōr-is	altiōr-is	altiōr-um	altiōr-um
Dātīvus	altiōr-ī	altiōr-ī	altiōr-ibus	altiōr-ibus
Ablātīvus	altiōr-e	altiōr-e	altiōr-ibus	altiōr-ibus

**Exempla: brevior, fortior, gravior, levior, longior, pulchrior**

**Gladius equitis longior et gravior est quam peditis. Eques gladium longiōrem et graviōrem fert quam pedes. Eques gladiō longiōre er graviōre pugnant.**

**Gladiī equitum longiōrēs et graviōrēs sunt quam peditum. Equitēs gladiīs longiōribus et graviōribus pugnant.**

**Pīlum brevius et levius est quam hasta. Pīla breviōra et leviōra sunt quam hastae.**

**Dēlia ancilla pulchrior est quam Syra. Lēander, quī ancillae pulchriōris amīcus est, ancillae pulchriōrī rosam dat. Quid pulchrius est quam rosa?**

**Mīlitēs Rōmānī fortiōrēs sunt quam hostēs. Dux Rōmānus mīlitibus fortiōribus imperat quam dux hostium. Ille dux mīlitum fortiōrum est.**

## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum XIII: Dēclīnātiō quīnta

Diēs est brevissimus ante diem VIII calendās Iānuāriās. Māne initium diēi est. Diēi p̄imō Iānuāriī nōmen est kalendae Iānuāriae; ab eō diē incipit novus annus. Mēnse Iūniōdiēs longī sunt. Iūnius XXX diēs habet: numerus diērum est XXX. Diēbus p̄imīs mēnsium nōmina sunt: kalendae, Iānuāriae, Februāriae, Mārtiae, Aprilēs, cēt. Ab iīs diēbus mēnsēs incipiunt

	Singulāris	Plūrālis
Nōminatīvus	di-ēs	di-ēs
Accūsātīvus	di-em	di-ēs
Genetīvus	di-ēi	di-ērum
Datīvus	di-ēi	di-ēbus
Ablatīvus	di-ē	di-ēbus

Ut 'diēs' (m) dēclīnātur 'merīdiēs' (m), item 'faciēs' (f), 'glaciēs' (f), et pauca alia vocābula fēminīna

'māne' est vocābulum neutrum indēclīnābile

## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum XIII: superlātīvus

**Aetna mōns altus est, altior quam cēterī montēs Siciliae: is mōns Siciliae altissimus est.**

**Via Appia longa est, longior quam cēterae viae Italiae: ea via Italiae longissima est.**

**'ire' verbum breve est, brevius quam cētera verba Latīna: id verbum Latīnum brevissimum est.**

'altior, longior, brevius' comparatīvus est. 'altissimus, longissima, brevissimum' superlātīvus est .

Superlātīvus est adiectīvum dēclīnātiōnis I et II:

-issim-us, -a, -um

## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum XIV: Participium

**Puer vigilāns in lectō iacēns gallum canentem audit. Gallus canēns nōn audītur ā puerō dormiente. Puer dormiēns servum clāmantem audit, nec ā gallō canente, sed ā servō clāmante excitātur. Nōn vōx gallī canentis, sed vōx servī clāmantis puerum dormientem excitat.**

**Puerī vigilantes gallōs canentēs audiunt. Gallī canentēs nōn audīuntur ā puerīs dormientibus. Puerī dormientēs servōs clāmantēs audiunt, nec ā gallīs canentibus, sed ā servīs clāmantibus excitantur. Nōn vōcēs gallōrum canentium, sed vōcēs servōrum clāmantium puerōs dormientēs excitant.**

**Caput valēns nōn dolet nec membra valentia. Canis animal volāns nōn est; animālia volantia sunt avēs. Mīlitēs inter pīla volantia pugnant.**

'vigilāns, iacēns, canēns, dormiēns' participia sunt.

Participium est adiectīvum dēclīnātiōnis III: gen.sing -antis / -entis

(abl.sing. -e vel -ī).

#### participium, -ī (n) (part.)

	Masc. / Fēm.		Neutr.	
	Singulāris	Plūrālis	Singulāris	Plūrālis
Nōminātīvus	-ns	-ntēs	-ns	-ntia
Accūsātīvus	-ntem	-ntēs	-ns	-ntia
Genetīvus	-ntis	-ntium	-ntis	-ntium
Datīvus	-ntī	-ntibus	-ntī	-ntibus
Ablātīvus	-nte / -ntī	-ntibus	-nte / -ntī	-ntibus

[1] -āns, -antis

[2] -ēns, -entis

[3] -ēns, -entis

[4] -iēns, -ientis

## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum XV: Persōnae verbī

Puerī rīdent. Puella nōn rīdet. Puerī: "Cūr tū nōn rīdēs, cum nōs rīdēmus?" Puella: "Ego nōn rīdeō, quia vōs mē rīdētis!"

'rīdeō - rīdēmus' dīcitur persōna prīma,

'rīdēs - rīdētis' persōna secunda,

'rīdet - rīdent' persōna tertia

	Singulāris	Plūrālis
persōna prīma	ego rīde-ō	nōs rīdē-mus
persōna secunda	tū rīdē-s	vōs rīdē-tis
persōna tertia	rīde-t	rīde-nt

Exempla:

[1] clām-ō / clāmā-mus

[2] rīde-ō / rīdē-mus

[3] dīc-ō / dīci-mus; faci-ō / faci-mus

[4] audi-ō / audī- mus

**Malus discipulus in lūdō clāmat et rīdet. Quī id nōn facit, et omnia verba magistrī audit, bonus est discipulus.**

**Bonus discipulus malō dīcit: "Ego bonus discipulus sum: in lūdō nec clāmō nec rīdeō, et omnia verba magistrī audiō. At tū malus discipulus es: in lūdō clāmās et rīdēs nec verba magistrī audīs! Vērum dīcō! Nōnne hoc facis?" Malus discipulus: "Quod dīcis vērum nōn est: ego hoc nōn faciō!"**

Malī discipulī in lūdō clāmant et rīdent. Quī id nōn faciunt, et omnia verba magistrī audiunt, bonī sunt discipulī.

**Bonī discipulī malīs dīcunt: "Nōs bonī discipulī sumus: in lūdō nec clāmāmus nec rīdēmus, et omnia verba magistrī audīmus. At vōs malī discipulī estis: in lūdō clāmātis et rīdētis nec verba magistrī audītis! Vērum dīcimus! Nōnne hoc facitis?" Malī discipulī: "Quod dīcitis vērum nōn est: nōs hoc nōn facimus!"**

[1] Ut 'clām-ō / clāmā-mus' dēclīnantur verba quōrum īnfīnītīvus dēsinit in -āre.

[2] Ut 'rīde-ō / rīdē-mus' dēclīnantur verba quōrum īnfīnītīvus dēsinit in -ēre.

[3] Ut 'dīc-ō / dīci-mus' dēclīnantur verba quōrum īnfīnītīvus dēsinit in -ere, praeter ea quae -i- habent ante ō et -unt, ut 'faci-ō / faci-unt': accipere, aspicere, capere, facere,

fugere, iacere, incipere, parere, cēt.

[4] Ut 'audi-ō / audī-mus' dēclīnantur verba quōrum īnfīnītīvus dēsinit in -īre, praeter verbum īre (pers. I sing. 'eō', pers. III plūr. 'eunt'), item ab-īre, ad-īre, ex-īre, red-īre, cēt.

Ut 'su-m / su-mus' dēclīnantur verba quōrum īnfīnītīvus dēsinit in -esse, ut ab-esse, ad-esse, in-esse, cēt., et posse (pers. I pos-sum / pos-sumus, II pot-es / pot-estis, III pot-est / pos-sunt).

[sum] esse	[1] clāmāre	[2] rīdēre	[3] dīcere / facere		[4] audīre	ire	posse
su-m	clām-ō	rīde-ō	dīc-ō	faci-ō	audi-ō	e-ō	pos-sum
e-s	clāmā-s	rīdē-s	dīc-is	faci-s	audī-s	ī-s	pot-es
es-t	clāma-t	rīde-t	dīc-it	faci-t	audi-t	i-t	pot-est
su-mus	clāmā-mus	rīdē-mus	dīc-imus	faci-mus	audī-mus	ī-mus	pos-sumus
es-tis	clāmā-tis	rīdē-tis	dīc-it is	faci-tis	audi-tis	ī-tis	pot-estis
su-nt	clāma-nt	rīdē-nt	dīc-unt	faci-unt	audī-unt	e-unt	pos-sunt

## GRAMMATICA LATINA

### Capitulum XVI: Verba dēpōnentia

Mēdus laetātur (=gaudet) nec dominum verētur (=timet). Nauta nōn proficīscitur (=abit), sed ventum secundum opperītur (=exspectat).

'laetārī', 'verērī', 'proficīsci', 'opperīrī' verba dēpōnentia sunt.

Verbum dēpōnēns est verbum quod semper fōrmam verbī passīvī habet (praeter participium: laetans, verēns, proficīscēns, opperiēns) atque in locō verbī āctīvī pōnitur.

Alia exempla verbōrum dēpōnentium: cōnsōlārī, cōnārī, intuērī, sequī, loquī, lābī, complectī, ēgredī, orīrī.

	dēpōnēns, entis (dēp)		
[1]	-ārī	-ātur	-antur
[2]	-ērī	-ētur	-entur
[3]	-ī	-itur	-untut
[4]	-īrī	-ītur	-iuntur

**Mēdus ex Italiā proficīscēns sōlem orientem intuētur. Nāvis ē portū ēgreditur; aliae nāvēs eam sequuntur. Dum Lydia loquitur, lacrimae dē oculīs eius lābuntur. Mēdus eam complectitur et cōnsōlārī cōnātur.**

